

VIDA
DE PUBLIO OVIDIO NASON.

Publio Ovidio Nason nació en Sulmona, ciudad del Abruzo, 43 años antes del nacimiento de nuestro Señor Jesucristo, siendo cónsules Aulo Licinio y Lucio Pansa. Sus padres fueron de linaje ilustre, y de ellos recibió la dignidad de caballero. Desde su juventud dió pruebas nada equívocas de su excelente y singular ingenio. Le obligó su padre á que siguiese la carrera de la oratoria; pero él, que tenía todas sus delicias en la poesía, abandonó del todo la elocuencia. Tuvo noticia Augusto de su admirable talento, por lo que le hizo en su corte los mas distinguidos honores y beneficios. Hubiera podido ser Ovidio felicísimo; pero habiendo publicado un poema con el título de *Arte de amar*, Augusto, que estaba ya bastante resentido con él por ciertos lances que con él le habian pasado, se valió del pretexto de la publicacion de esta obra para desterrarle á la villa de Tomos, en el Ponto Euxino, á los 50 años de edad. Este pais de clima frigidísimo, húmedo en extremo, y el mas abominable por la barbarie de sus habitantes, le dió motivo para escribir sus tristezas y amarguras. Repréndenle de ser un afeminado adulator del César, á quien honraba como un dios, y habia hecho consagrar una especie de templo en el Ponto poco antes de su muerte, en donde le ofrecia inciensos. No es de creer que todas estas adoraciones le saliesen del corazon, sino que pretendia por este medio ganarse la voluntad del ofendido Augusto para lograr volver á Roma. Pero con imponderable sentimiento murió en el mismo Ponto á los 7 años de destierro, 57 de edad, y 14 despues del nacimiento de nuestro Señor Jesucristo. Por lo que respecta á sus escritos, muchos de ellos se han perdido; los que han quedado son los quince libros de las *Trasformaciones*, seis libros de los *Fastos Romanos* de los doce que compuso, cinco libros de los *Tristes*, cuatro del Ponto, las *Heroidas*, *De arte amandi*, la carta de Ibis, etc.

TRISTIUM
LIBER PRIMUS.

ELEGIA I.

Parve, nec invideo, sine me, liber, ibis in urbem,
Hei mihi! quò domino non licet ire tuo.
Vade, sed incultus; qualem decet exsulis esse:
Infelix, habitum temporis hujus habe.
Nec te purpureo velent vaccinia fuco:
Non est conveniens luctibus ille color.
Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
Candida nec nigrâ cornua fronte geras.
Felices ornent hæc instrumenta libellos:
Fortunæ memorem te decet esse meæ.
Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes,
Hirsutus passis ut videare comis.
Neve litararum pudeat: qui viderit illas,
De lacrymis factas sentiet esse meis.

INTERP. *Sed incultus*, pero sin adorno. *Nec velent*, ni tengas las cubiertas con adorno de color de púrpura. *Nec titulus*, ni el título se escriba con bermellon, ni el pergamino sea untado con el aceite de cedro. *Nec geras*, ni lleves blancos los remates, llevando lo exterior y lo interior de color negro. *Instrumenta*, adornos. *Nec frontes*, ni lo exterior é interior del pergamino se pula con la frágil piedra esponja. *Hirsutus comis*, á la rústica, sin aliño alguno...

ARG. El infeliz poeta Ovidio desterrado exhorta á su libro á que habiendo de ir desde Escitia á Roma, vaya en el traje que corresponde á un desterrado. Le enseña la respuesta que ha de dar á los que le preguntaren en qué se ocupa, y la excusa si no pareciese obra correspondiente á su ingenio. Le encarga evite la entrada en el palacio de Augusto César donde se fulminó el decreto de su destierro.

NOTAS. *In urbem*, á Roma por antonomasia la llamaban *urbs* solamente.

Nec titulus, en su tiempo se escribía en pergaminos, y para preservarlos de la corrupcion, los untaban con el aceite de cedro.

Candida nec nigrâ, se escribían los pergaminos por una cara solamente, y despues se envolvían en un cilindro ó palo redondo, cuyos dos remates adornaban con oro, plata, mármol, etc., y á estos remates ó puntas llamaban *cornua*. *Fronte* significa propiamente aqui la exterior é interior parte de esta manera de volúmenes, la que solia adornarse como los remates.

Vade, liber, verbisque meis loca grata saluta :
 Contingam certè quo licet illa pede.
 Si quis, ut in populo, nostri non immemor illic,
 Si quis, qui, quid agam, fortè requirat, erit ;
 Vivere me dices ; salvum tamen esse negabis ;
 Id quoque, quòd vivam, munus habere dei.
 Atque ita te cautus quærenti plura legendum,
 Ne, quæ non opus est, fortè loquare, dabis.
 Protinus admonitus repetet mea crimina lector,
 Et peragar populi publicus ore reus.
 Neu, cave, defendas, quamvis mordebere dictis :
 Causa patrocinio non bona pejor erit.
 Invenies aliquem, qui me suspiret ademptum,
 Carmina nec siccis perlegat ista genis :
 Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,
 Sit mea, lenito Cæsare, pœna minor.
 Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,
 Placatos misero qui volet esse deos.
 Quæque volet, rata sint ; ablataque principis ira
 Sedibus in patriis det mihi posse mori.
 Ut peragas mandata, liber, culpabere forsan ;
 Ingenique minor laude ferere mei.
 Judicis officium est, ut res, ita tempora rerum
 Quætere ; quæsito tempore, tutus eris.
 Carmina proveniunt animo deducta sereno :
 Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
 Carmina secessum scribentis et otio quærunt ;
 Me mare, me venti, me fera jactat hiems.
 Carminibus metus omnis abest : ego perditus ensem
 Hæsurum jugulo jam puto jamque meo.

Contingam, visitaré aquellos lugares del modo que me es permitido. *Munus habere*, es gracia que me hace el César. *Ita cautus*, con tal sigilo. *Repetet*, hará á la memoria. *Causa non bona*, mi mala causa. *Sedibus in patriis*, ne la casa de mi padre, ó en la ciudad de Roma. *Ut perages*, cuando hubieres ejecutado mis preceptos. *Ut res*, averiguar las circunstancias de las cosas, como la sustancia de ellas. *Carmina proveniunt*, ocurren los versos cuando se trabajan, etc. *Secessum*, el retiro. *Metus omnis*, para los versos ha de estar el ánimo libre de todo temor. *Jam puto*, ya casi me parece tengo sobre mi cuello la espada que me ha de degollar...

Ut perages, este ut vale tanto como *cum*, ó *postquam*.

Hæc quoque quòd facio, judex mirabitur æquus ;
 Scriptaque cum veniã qualiacumque leget.
 Da mihi Mœonidem, et tot circumjice casus ;
 Ingenium tantis excidet omne malis.
 Denique securus famæ, liber, ire memento ;
 Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.
 Non ita se nobis præbet fortuna secundam,
 Ut tibi sit ratio laudis habenda tuæ.
 Donec eram sospes, tituli tangebar amore,
 Quærendique mihi nominis ardor erat.
 Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi,
 Sit satis : ingenio sic fuga parta meo.
 I tamen, i, pro me tu, cui licet, adspice Romam :
 Di facerent possem nunc meus esse liber !
 Nec te, quòd venias magnam peregrinus in urbem,
 Ignotum populo posse venire puta.
 Ut titulo careas, ipso noscère colore :
 Dissimulare velis te licèt esse meum.
 Clam tamen intrato ; ne te mea carmina lædant :
 Non sunt, ut quondam plena favoris erant.
 Si quis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum
 Non putet, e gremio rejiciatque suo ;
 Inspice, dic, titulum : non sum præceptor amoris :
 Quas meruit pœnas jam dedit illud opus.
 Forsitan exspectes, an in alta palatia missum
 Scandere te jubeam, Cæsareamque domum.
 Ignoscant augusta mihi loca, dique locorum :
 Venit in hoc illâ fulmen ab arce caput :
 Esse quidem memini mitissima sedibus illis
 Numina ; sed timeo, qui nocuere, deos.
 Terretur minimo pennæ stridore columba,
 Unguibus, accipiter, saucia facta tuis.

Da mihi, supón que soy un Homero. *Excidet*, cualquier ingenio decaerá. *Securus famæ*, sin cuidarte de adquirir nombre. *Donec sospes*, mientras estaba con libertad. *Sic fuga*, de esta suerte me he ocasionado el destierro por mi ingenio. *Ut titulo careas*, aunque carezcas de título. *Quas meruit*, ya fué aquella obra castigada según su merecido. *Fulmen*, la ira del César vino sobre mí desde aquel palacio...

Caput, por todo el cuerpo ; sinécdoque. *Accipiter*, es vocativo.

Nec procul a stabulis audet secedere, si qua
 Excussa est avidi dentibus agna lupi.
 Vitaret cælum Phaeton, si viveret; et quos
 Optarat stultè, tangere nollet equos.
 Me quoque, quæ sensi, fateor Jovis arma timere:
 Me reor infesto, cùm tonat, igne peti.
 Quicumque Argolicâ de classe Capharea fugit,
 Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
 Et mea cymba, semel vastâ percussa procellâ,
 Illum, quo læsa est, horret adire locum.
 Ergo, care liber, timidâ circumspecte mente,
 Et satis a mediâ sit tibi plebe legi.
 Dum petit infirmis nimiùm sublimia pennis
 Icarus, Icaris nomina fecit aquis.
 Difficile est tamen, hîc remis utaris, an aurâ,
 Dicere; consilium resque locusque dabunt.
 Si poteris vacuo tradi, si cuncta videbis
 Mitia, si vires fregerit ira suas;
 Si quis erit, qui te dubitantem et adire timentem
 Tradat, et ante tamen pauca loquatur, adi.
 Luce bonâ, dominoque tuo felicior ipse
 Pervenias illuc, et mala nostra leves.
 Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
 Solus Achilleo tollere more potest.

Quicumque fugit, cualquiera que se ha librado de los peñascos del promontorio de Eubea. *Tradi vacuo*, ser entregado á quien no tenga ocupacion. *Tradat*, que te introduzca, recelando tú y temiéndolo el presentarte, si antes habla algo en tu favor, preséntate. *Luce bonâ*, en feliz día. *Potest tollere*, puede curármelas á la manera que Aquiles curó á Telefo...

Capharea, está este promontorio en el Archipiélago, en donde Nauplio, rey de la isla, hizo fuego cuando la armada de los Griegos volvía, para que engañada con la señal de ser aquello puerto, se estreñase en los bajíos.

Las palabras *cymba*, *remis*, *aura*, *vulnera* y otras á este tenor, se toman en sentido alegórico.

Icarus, Icaro, hijo de Dédalo, que despreciando las advertencias

de su padre se empenó en volar hasta cerca del sol con unas alas de cera, las que derretidas con el calor mismo del sol cayó de cabeza en el mar, y le dió su nombre.

Achilleo more, Aquiles hirió con su lanza á Telefo rey de Asia, y después con las limaduras de la misma lanza le curó. Con cuya semejanza expresa el poeta, que solo el César que le desterró es el que puede levantarle el destierro.

Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto;
 Nam spes est animi nostra timore minor.
 Quæque quiescebat, ne mota resæviat ira,
 Et pœnæ tu sis altera causa, cave.
 Cùm tamen in nostrum fueris penetrale receptus,
 Contigerisque tuam, scrinia curva, domum,
 Adspicies illic positos ex ordine fratres,
 Quos studium cunctos evigilavit idem.
 Cetera turba palàm titulos ostendet apertos,
 Et sua detectâ nomina fronte geret.
 Tres procul obscurâ latitantes parte videbis:
 Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.
 Hos tu vel fugias, vel si satis oris habebis,
 OEdipodas facito, Telegonosque voces.
 Deque tribus moneo, si qua est tibi cura parentis,
 Ne quemquam, quamvis ipse docebit, ames.
 Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,
 Nuper ab exsequiis carmina rapta meis:
 His mando dicās, inter mutata referri
 Fortunæ vultum corpora posse meæ.
 Namque ea dissimilis subito est effecta priori:
 Flendaque nunc, aliquo tempore læta fuit.
 Plura quidem mandare tibi, si quæris, habebam;
 Sed vereor tardæ causa fuisse moræ.
 Quòd si, quæ subeunt, tecum, liber, omnia ferres,
 Sarcina laturò magna futurus eras.
 Longa via est: propera. Nobis habitabitur orbis
 Últimus, a terrâ terrâ remota meâ.

Penetrable, en lo interior de mi casa. *Scrinia domum*, á los estantes que son tu mansion. *Fratres*, otros libros. *Si satis*, si tuvieres valor bastante. *Facito voces*, llámalos. *Mutatæ ter*, quince libros de las Trasformaciones. *Ab exsequiis*, de mi destierro. *Omnia quæ*, todo lo que me ocurre.

Fratres, otros tomos, obra del mismo autor, por lo que los llama hermanos, como hijos de su mismo ingenio.

OEdipodas Telegonosque, semejantes á Edipo y Telegon, los cuales, aunque sin saberlo, quitaron la

vida á su padre; y los libros de *Arte amandi* le causaron á Ovidio el destierro, que es una muerte civil.

Ultimus orbis, la Escitia, parte última del imperio romano.

ELEGIA II.

Di maris et cœli (quid enim nisi vota supersunt?)
 Solvere quassatæ parcite membra ratis!
 Neve, precor, magni subscribite Cæsaris iræ:
 Sæpe, premente deo, fert deus alter opem.
 Mulciber in Trojam, pro Trojâ stabat Apollo:
 Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
 Oderat Ænean propior Saturnia Turno:
 Ille tamen Veneris numine tutus erat.
 Sæpe ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem:
 Eripuit patruo sæpe Minerva suo.
 Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,
 Quid vetat irato numen adesse deo?
 Verba miser frustra non proficientis perdo:
 Ipsa graves spargunt ora loquentis aquæ;
 Terribilisque Notus jactat mea dicta: precesque,
 Ad quos mittuntur, non sinit ire deos.
 Ergo idem venti, ne causâ lædar in unâ,
 Velaque nescio quò, vota que nostra ferunt.
 Me miserum! quanti montes voluntur aquarum!
 Jam jam tacturos sidera summa putes.
 Quantæ diducto subsidunt æquore valles!
 Jam jam tacturas Tartara nigra putes.
 Quòcumque adspicias, nihil est nisi pontus et aer;
 Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

INTERP. *Parcite solvere*, cesad de deshacer. *Neve subscribite*, y no confirmeis. *Mulciber*, Vulcano. *Propior*, mas propicia. *Æqua*, favorable. *Iniqua*, contraria. *Ferox Neptunus*, muchas veces persiguió irritado Neptuno al astuto Ulises. *Æquore diducto*, qué profundidades se descubren divididas las aguas...

ARG. Embarcado Ovidio para el lugar de su destierro, padece en su navegacion una deshecha tempestad. Suplica á los dioses marinos y celestes le salven la vida, y no contribuyan con Augusto á sus trabajos. Hace una descripcion de la tempestad, é implora finalmente el amparo de los mismos dioses para llegar con felicidad á Tomos.

NOTAS. *Sæpe ferox cautum*, con Ulises estaba irritado Neptuno, porque injustamente habia perdido á su nieto Palamedes por una traicion de la que estaba inocente, y además de esto habia cegado á su hijo el gigante Polifemo; por lo que le persiguió por el mar diez años, librándose siempre de él Ulises por Minerva.

Inter utrumque fremunt immani turbine venti,
 Nescit, cui domino pareat, unda maris.
 Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu:
 Nunc Zephyrus sero vespere missus adest:
 Nunc gelidus siccâ Boreas bacchatur ab Arcto:
 Nunc Notus adversâ prælia fronte gerit.
 Rector in incerto est, nec, quid fugiatve petatve,
 Invenit: ambiguis ars stupet ipsa malis.
 Scilicet occidimus, nec spes nisi vana salutis:
 Dumque loquor, vultus obruit unda meos.
 Opprimet hanc animam fluctus; frustra que precanti
 Ore necaturas accipiemus aquas.
 At pia nil aliud quàm me dolet exsule conjux:
 Hoc unum nostri scitque gemitque mali.
 Nescit in immenso jactari corpora ponto:
 Nescit agi ventis: nescit adesse necem.
 Di bene quòd non sum mecum conscendere passus,
 Ne mihi mors misero bis patiendi foret!
 At nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,
 Dimidiâ certè parte superstes ero.
 Hei mihi! quàm celeri micuerunt nubila flammâ:
 Quantus ab ætherio personat axe fragor!
 Nec leviùs laterum tabulæ feriuntur ab undis,
 Quàm grave ballistæ mœnia pulsat onus.
 Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:
 Posterior nono est, undecimoque prior.

Cui domino, á qué viento. *Sero vespere*, del occidente. *Siccâ Boreas*, el helado viento setentrional sopla furiosamente del seco norte. *Adversâ prælia*, le hace resistencia de la parte opuesta. *Rector*, el piloto. *Quid fugiatve*, qué rumbo dejar ó tomar. *Stupet*, el mismo arte se queda atônito con los males que sobrevienen de todas partes. *Animam*, mi vida. *Di bene*, gracias á los dioses. *Quòd non sum*, que no permití que mi mujer se embarcase conmigo. *Ut peream*, aunque yo perezca. *Superstes ero*, quedaré con vida en la mitad de mi persona. *Hei mihi!* ay de mí! ;qué veloz relámpago ha despedido la nube! ;qué gran trueno resuena por el eje del cielo! Hieren las olas los costados de mi nave, con no menor impulso que son batidas las murallas de una ciudad por el violento golpe de la ballesta...

Eurus, viento este, ó Solano, que sopla de oriente.
Zephyrus, el viento oeste, que sopla de occidente.

Notus, el viento sud, que sopla del mediodia.
Posterior nono est, la ola décima. Perifrasis ó rodeo.

Nec letum timeo : genus est miserabile leti :
 Demite naufragium : mors mihi munus erit.
 Est aliquid , fatove suo , ferro cadentem
 In solitâ moriens ponere corpus humo :
 Est mandata suis aliquid sperare sepulcra ,
 Et non æquoreis piscibus esse cibum.
 Fingite me dignum tali nece : non ego solus
 Hic vehor. Immeritos cur mea pœna trahit ?
 Proh ! superi , viridesque dei , quibus æquora curæ,
 Utraque jam vestras sistite turba minas !
 Quamque dedit vitam mitissima Cæsaris ira ,
 Hanc sinite infelix in loca iussa feram !
 Si , quam commerui , pœnam me pendere vultis ,
 Culpa mea est , ipso iudice , morte minor.
 Mittere me Stygias si jam voluisset ad undas
 Cæsar , in hoc vestrâ non eguisset ope.
 Est illi nostri non invidiosa cruoris
 Copia ; quodque dedit , cum volet , ipse feret.
 Vos modò , quos certè nullo puto crimine læsos ,
 Contenti nostris , di , precor , esse malis.
 Nec tamen , ut cuncti miserum servare velitis ,
 Quod periit , salvum jam caput esse potest.
 Ut mare considat , ventisque ferentibus utar ,
 Ut mihi parcatis ; num minùs exsul ero ?
 Non ego , divitias avidus sine fine parandi ,
 Latum mutandis mercibus æquor aro ;
 Nec peto , quas quondam petii studiosus , Athenas ;
 Oppida non Asiæ , non loca visa priùs ;
 Non ut , Alexandri claram delatus in urbem ,
 Delicias videam , Nile jocose , tuas.

Est aliquid, algun consuelo es que el que muere, ó de su muerte natural ó dada á hierro, deje su cadaver, etc. *Proh superi*, ó dioses celestes y marinos. *Est minor*, segun el juicio del mismo César, no merece la muerte. *Stygias undas*, al otro mundo. *Cruoris copia*, tiene él sobre mi vida una facultad absoluta, cuyo uso no le hará odioso. *Æquor aro*, no surco yo el anchuroso mar para traer mercancías, codicioso de adquirir riquezas sin limites. *Nec peto urbem*, ni voy á la ciudad de Alejandría...

Ut cuncti , ut mare , ut mihi.
 Este ut tres veces repetido, está en
 lugar de licèt , quamvis , etsi.

Ut videam, para ver sus diversiones, o alegre Nilo! Llame alegre al Nilo por lo divertido de sus riber-

Quòd faciles opto ventos , quis credere possit ?
 Sarmatis est tellus , quam mea vota petunt.
 Obligor , ut tangam lævi fera littora Ponti ;
 Quòdque sit a patriâ tam fuga tarda , queror.
 Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas ,
 Exilem facio per mea vota viam.
 Seu me diligitis , tantos compescite fluctus ,
 Pronaque sint nostræ numina vestra rati ;
 Seu magis odistis , jussæ me advertite terræ :
 Supplicii pars est in regione mei.
 Ferte , quid hic facio ? rapidi , mea carbasa , venti :
 Ausonios fines cur mea vela vident ?
 Noluit hoc Cæsar : quid , quem fugat ille , tenetis ?
 Adspiciat vultus Pontica terra meos.
 Et jubet , et merui ; nec , quæ damnaverit ille ,
 Crimina defendi , fasve piumve puto.
 Si tamen acta deos nunquam mortalia fallunt :
 A culpâ facinus scitis abesse meâ.
 Imò ita , vos scitis , si me meus abstulit error ,
 Stultaque mens nobis , non scelerata fuit ;
 Quamlibet e minimis , domui si favimus illi ;
 Si satis Augusti publica iussa mihi ;
 Hoc duce si dixi felicia sæcula , proque
 Cæsare tura pius Cæsaribusque dedi ;
 Si fuit hic animus nobis , ita pareite , divi !

Faciles ventos, vientos favorables. *Exilem facio*, el órden es : *facio viam exilem per vota mea*, ut videam Tomitas positos, *nescio in quo orbe*, mis ansias son abreviar mi viaje, etc. *Pronaque*, propicias. *Carbasa*, la nave. *Ausonios fines*, lo último de la Italia. *Adspiciat vultus*, vean mis ojos la tierra del Ponto. *Scitis*, sabeis que mi delito carece de malicia. *Abstulit*, me ha precipitado; y si mi intencion ha sido necia, no ha sido maliciosa. *Si satis Augusti*, si tuve por bastante públicas las órdenes de Augusto (esto es, si miré yo sus preceptos como ley inviolable)...

ras, y por la multitud de gentes que en pequeños barcos se divertian en él.

Sarmatis tellus, la tierra de Sarmacia. Esta es una region, de la que parte pertenece á Europa y parte á la Asia.

Ponti lævi, de la region del Ponto, que está á la izquierda. Por-

que al entrar el poeta en el mar del Ponto Euxino, tenia á la izquierda la villa de Tomos, adonde se dirigia.

Adspiciat vultus, por la hipálaje explica el poeta al revés el pensamiento, como para animar á lo inanimado.

Sin minus, alta cadens obruat unda caput!
Fallor? an incipiunt gravidæ vanescere nubes,
Victaque mutati frangitur ira maris?
Non casus, sed vos sub conditione vocati,
Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

Nubes gravidæ, las cargadas nubes. *Non casus*, no la casualidad.

ELEGIA III.

Cùm subit illius tristissima noctis imago,
Quæ mihi supremum tempus in urbe fuit;
Cùm repeto noctem, quâ tot mihi cara reliqui;
Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
Jam prope lux aderat, quâ me discedere Cæsar
Finibus extremæ jusserat Ausoniæ.
Nec mens nec spatium fuerant satis apta paranti:
Torpuerant longâ pectora nostra morâ.
Non mihi servorum, comitis non cura legendi:
Non aptæ profugo vestis opisve fuit.
Non aliter stupui, quàm qui Jovis ignibus ictus
Vivit, et est vitæ nescius ipse suæ.
Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit,
Et tandem sensus convaluère mei,
Alloquor extremum mæstos abiturus amicos;
Qui modò de multis unus et alter erant.
Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,
Imbre per indignas usque cadente genas.
Nata procul Libycis aberat diversa sub oris;

INTERP. *Cùm subit*, cuando se me representa. *Cùm repeto noctem*, cuando vuelvo á acordarme, etc. *Tot cara*, tantas prendas queridas. *Gutta*, las lágrimas. *Lux*, casi amanecía el día. *Satis apta*, ni mi imaginacion ni el tiempo habian sido bastante proporcionados para disponer mi marcha. *Pectora nostra*, mi corazón. *Et sensus*, y recobré mis sentidos, doy el último adios. *Uxor amans*, mi misma querida esposa llorando con la mayor amargura me abrazaba, derramando yo iguales lágrimas, y bañando un mar de agua sus mejillas, que no merecian ser manchadas con el llanto. *Nata*, mi hija (Perila)...

ARG. Representa el poeta su amargo sentimiento luego que le intimaron la sentencia del destierro, refiriendo con la mayor ternura los

sucesos de la última noche que estuvo en Roma, y las lágrimas y sollozos de su mujer y familia.

Nec poterat fati certior esse mei.
Quòcumque adspiceres, luctus gemitusque sonabant,
Formaque non taciti funeris intus erat:
Femina, virque, meo pueri quoque funere mærent,
Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in parvo grandibus uti,
Hæc facies Trojæ, cùm caperetur, erat.
Jamque quiescebant voces hominumque canumque,
Lunaque nocturnos alta regebat equos.
Hanc ego suspiciens, et ab hac Capitolia cernens,
Quæ nostro frustra juncta fuere Lari:
Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,
Jamque oculis nunquam templa videnda meis,
Dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini;
Este salutati tempus in omne mihi.
Et quanquam serò clypeum post vulnera sumo,
Attamen hanc odiis exonerate fugam;
Cælestique viro, quis me deceperit error,
Dicite; pro culpâ ne scelus esse putet.
Ut, quod vos scitis, pœnæ quoque sentiat auctor:
Placato possum non miser esse deo.
Hac prece adoravi superos ego: pluribus uxor,
Singultu medios præpediente sonos.

Formaque, y lo interior era una semejanza de un público funeral. *Funere*, por mi destierro. *Hæc facies*, este era el aspecto de Troya. *Quiescebant*, no se oia ni voz de hombre, ni ladridos de perros, y la alta luna apresuraba sus caballos negros. *Suspiciens*, levantando hácia esta los ojos. *Lari nostro*, á mi casa. *Et quanquam*, y aunque tarde tomo el escudo despues de la herida (esto es, aunque acudo tarde á implorar vuestra proteccion, dada la sentencia de mi destierro). *Exonerate*, haced que yo no sea aborrecido en mi destierro. *Cælestique viro*, y á Augusto. *Ne putet*, no crea que fué crimen lo que solo fué error. *Singultu*, impidiendo el sollozo sus palabras á medio pronunciar...

NOTAS. *Capitolia*, el Capitolio, ó el monte Capitolino de Roma, en donde habia un templo dedicado á Júpiter. Pueden tambien entenderse por la palabra *Capitolia* los demás templos.

Lari nostro, los Lares por la casa.

Urbs alta, la elevada ciudad de

Roma. Llámala alta por estar situada en siete collados: Aventino, Colatino, Palatino, Esquilino, Capitolino, Quirinal ó monte Caballo, y el Janículo. Dice de Quirino, porque Romano, fundador de Roma, despues de su elevacion al trono, tomó el nombre de Quirino.

Illa etiam, ante Lares passis prostrata capillis,
 Contigit extinctos ore tremente focos;
 Multaque in aversos effudit verba Penates,
 Pro deplorato non valitura viro.
 Jamque moræ spatium nox præcipitata negabat,
 Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
 Quid facerem? Blando patriæ retinebar amore;
 Ultima sed jussæ nox erat illa fugæ.
 Ah! quoties aliquo dixi properante: Quid urges?
 Vel quò festines ire, vel unde vide.
 Ah! quoties certam me sum mentitus habere
 Horam, propositæ quæ foret apta viæ.
 Ter limen tetigi; ter sum revocatus: et ipse
 Indulgens animo pes mihi tardus erat.
 Sæpe, vale dicto, rursus sum multa locutus;
 Et quasi discedens oscula summa dedi.
 Sæpe eadem mandata dedi: meque ipse fefelli,
 Respiciens oculis pignora cara meis.
 Denique, quid propero? Scythia est, quò mittimur, inquam;
 Roma relinquenda est: utraque justa mora est.
 Uxor in æternum vivo mihi viva negatur,
 Et domus, et fidæ dulcia membra domûs,
 Quosque ego fraterno dilexi more sodales,
 O mihi Theseâ pectora juncta fide!
 Dum licet, amplectar; nunquam fortasse licebit
 Ampliùs. In lucro, quæ datur hora, mihi est.

Passis capillis, con el cabello tendido. *Contigit ore*, besó. *Præcipitata*, cercana á la aurora. *Pharrhasis Arctos*, y la Ursa mayor de Arcadia habia dado la vuelta sobre su eje. *Quid urges?* ¿por qué me das prisa? *Mentitus sum*, fingí. *Propositæ*, decretado. *Indulgens animo*, lisonjeándome el gusto. *Respiciens*, volviendo los ojos á mis amadas preudas. *Utraque mora*, justa es la detencion de lo uno y de lo otro (esto es, justa es la detencion en ir á Escitia, por ser la peor tierra del mundo, y justo es el detenerse en Roma que es la mejor). *Dulcia membra*, los amados hijos y amigos. *Fide Theseâ*, con la la fidelidad de Teseo...

Parrhasis Actos, la Ursa mayor de Arcadia. Calisto, hija de Licaon, rey de Parrasia ó de Arcadia, fingien los poetas que fué convertida en esta constelacion por Diana.

Fide Theseâ, fué Teseo hijo de

Egeo, rey de Atenas, y tuvo la mas estrecha amistad con Piritoo, con quien bajó á los infiernos para robar á Proserpina, y no le desamparó en sus mayores apuros.

Nec mora; sermonis verba imperfecta relinquo,
 Complectens animo proxima quæque meo.
 Dum loquor, et flemus, cælo nitidissimus alto
 Stella gravis nobis Lucifer ortus erat.
 Dividor haud aliter, quàm si mea membra relinquam:
 Et pars abrumpi corpore visa suo est.
 Sic Priamus doluit, tunc cum in contraria versus
 Ultiores habuit proditiõnis equus.
 Tum verò exoritur clamor gemitusque meorum,
 Et feriunt mœstæ pectora nuda manus;
 Tunc verò conjux, humeris abeuntis inhærens,
 Miscuit hæc lacrymis tristia dicta suis:
 Nod potes avelli: simul, ah! simul ibimus, inquit;
 Te sequar; et conjux exsulis exsul ero.
 Et mihi facta via est; et me capit ultima tellus:
 Accedam profugæ sarcina parva rati.
 Te jubet e patriâ discedere Cæsaris ira;
 Me pietas: pietas hæc mihi Cæsar erit.
 Talia tentabat: sic et tentaverat antè:
 Vixque dedit victas utilitate manus.
 Egre dior (sive illud erat sine funere ferri)
 Squalidus immisiss hirta per ora comis

Nec mora, y sin detenerme. *Complectens*, abrazando de todo mi corazon á todos mis mas queridos. *Lucifer*, el muy brillante lucero de la mañana, estrella para mí infausta. *Sic Priamus*, tal como el mio fué el sentimiento de Priamo, cuando el traidor caballo vuelto contra Troya manifestó á los vengadores griegos (esto es, á los Griegos que se iban á vengar de Paris, el que por traicion les habia robado á Helena). *Non potes avelli*, no hay quien pueda de mí separarte. *Accedam*, serviré de poco peso á la nave de un desterrado. *Me pietas*, á mí el amor que te tengo, este será para mí el César que me mande ir al destierro contigo. *Vixque dedit*, y con dificultad se rindió por su propia utilidad. *Sine funere*, ser llevado á enterrar en vida. *Squalidus*, desaliñado, con los cabellos sueltos por mi barbada cara...

Priamus, último rey de los Troyanos, quienes dejaron entrar por engaño de Sinon en su ciudad un caballo de madera de extraordinaria grandeza, en cuyo vientre estaban ocultos los mas valerosos soldados de la Grecia: abrió el traidor Sinon las concavidades del caballo, y sacando la tropa incendió la ciudad

de Troya.

Versus in contraria, dice esto porque introducido el caballo en la ciudad bajo un falso pretexto de religion por los Griegos, se convirtió contra los incautos Troyanos, puesto que por el caballo fué tomada la ciudad.

Illa dolore mei tenebris narratur obortis,
 Semianimis mediâ procubuisse domo.
 Utque resurrexit, fedatis pulvere turpi
 Crinibus, et gelidâ membra levavit humo;
 Se modò, desertos modò complorasse Penates;
 Nomen et erepti sæpe vocasse viri:
 Nec gemuisse minùs, quàm si natae meumve
 Vidisset structos corpus habere rogos:
 Et voluisse mori; moriendo ponere sensus:
 Respectuque tamen non posuisse mei.
 Vivat: et absentem, quoniam sic fata tulerunt,
 Vivat, et auxilio sublevet usque suo!

Illa dolore, dicen que ella acongojada con el sentimiento de mi partida cayó sin sentido. *Utque resurrexit*, y luego que volvió en sí. *Rogos structos*, que mi cuerpo ó el de nuestra hija estaba ya sobre el monton de leña para ser quemado. *Ponere sensus*, dejar de sentir con la muerte.

Rogos structos habere, alude a esta expresion á la costumbre que tenían los Romanos de quemar los

cadáveres. Véanse los Ritos, tomo 2º, *Exequias*.

ELEGIA IV.

Tingitur Oceano custos Erymanthidos Ursæ,
 Æquoreasque suo sidere turbat aquas:
 Nos tamen Ionium non nostrâ findimus æquor
 Sponte: sed audaces cogimur esse metu.
 Me miserum! quantis increscunt æquora ventis,
 Erutaque ex imis ferveat arena vadis!

INTERP. *Tingitur Oceano*, se baña en el Océano Bootes, guarda de la Ursa mayor. *Sidere suo*, con su influjo. *Ionium*, el mar Jonio (del que es parte el Mediterráneo, y está entre Sicilia y Grecia). *Quantis*, con qué furiosos huracanes se encrespan las olas del mar, y la arena removida hace remolinos desde los profundos bajíos...

ARG. Describe el poeta su embarco, y hace una pintura de la tempestad furiosa que experimentó en el mar Jonio, en la que dice que aun los mismos marineros perdieron las esperanzas de salir á puerto.

NOTAS. *Custos Erymanthidos*,

llámase Bootes, Vaquero, Arctoflax ó Arcturo una constelacion boreal compuesta de treinta y ocho estrellas, de las cuales la una, que es de primera magnitud, parece como guia y guarda de la Ursa mayor.

Monte nec inferior, proræ puppique recurvæ
 Insilit, et pictos verberat unda deos.
 Pinea texta sonant; pulsi stridore rudentes;
 Aggemit et nostris ipsa carina malis.
 Navita, confessus gelido pallore timorem,
 Jam sequitur victam, non regit arte, ratem.
 Utque parum validus non proficientia rector
 Cervicis rigidæ frena remittit equo;
 Sic non quò voluit, sed quò rapit impetus undæ,
 Aurigam video vela dedisse rati.
 Quòd nisi mutatas emisericit Æolus auras,
 In loca jam nobis non adeunda ferar.
 Nam procul, Illyricis lævâ de parte relictis,
 Interdicta mihi cernitur Italia.
 Desinat in vetitas, quæso, contendere terras,
 Et mecum magno pareat aura deo!
 Dum loquor, et cupio pariter, timeoque revelli,
 Increpuit quantis viribus unda latus!
 Parcite, cærulei, vos, parcite, numina ponti!
 Infestumque mihi sit satis esse Jovem.
 Vos animam sævæ fessam subducite morti,
 Si modò, qui periit, non periisse potest!

Proræ, á la proa, y á la encorvada popa. *Verberat*, azota á los dioses pintados. *Pinea texta*, rechina el maderaje de la nave. *Rudentes pulsi*, los cables rozados. *Pallore*, en la fria palidez de su rostro. *Sequitur*, se deja llevar de la nave vencida (de los vientos y las olas), no la gobierna, etc. *Utque parum*, y á la manera que un ginete de poca resistencia suelta las riendas inútiles al caballo duro de boca. *Aurigam*, que el marinero. *Desinat contendere*, dejen la olas de hacer esfuerzo por llevarme. *Deo*, á Augusto. *Quantis*, con cuanto ímpetu ha azotado la ola el costado de la nave. *Jovem*, Augusto. *Subducite*, libertad. *Animam*, vida.

Proræ puppique, proa se llama la parte anterior de los navios, y popa la posterior.

Pictos, en la popa de los navios solian poner pinturas ó estatuas de sus dioses tutelares de las naves.

Carina ipsa, la misma nave; sinédoque, en vez de *navis*: la

quilla por la nave toda.

Gelido pallore, metonimia; atribuye á la causa lo que es propio del efecto.

Illyricis, los pueblos de Esclavonia, situados en aquella region de Italia que mira al norte, y tiene de por medio el mar Adriático.

ELEGIA X. LIB. IV.

Ille ego, qui fuerim tenerorum lusor amorum,
 Quem legis, ut noris, accipe, posteritas.
 Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
 Millia qui novies distat ab urbe decem.
 Editus hic ego sum: necnon, ut tempora noris,
 Cùm cecidit fato consul uterque pari.
 Si quid id, a proavis usque est vetus ordinis heres,
 Non modò fortunæ munere factus, eques.
 Nec stirps prima fui, genito jam fratre creatus,
 Qui tribus antè quater mensibus ortus erat.
 Lucifer amborum natalibus adfuit idem:
 Una celebrata est per duo liba dies.
 Hæc est armiferæ festis de quinque Minervæ,

INTERP. *Lusor*, que me diverti en escribir. *Uberrimus*, muy abundante en fuentes de agua fresca, la cual dista de Roma noventa mil pasos. *Si quid*, el órden es: *si quid est, id est, sum eques, heres vetus ordinis usque a proavis, non factus modò munere fortunæ*; y si es cosa de alguna estimacion, soy caballero antiguo del órden ecuestre por herencia aun de mis bisabuelos, no de poco tiempo á esta parte hecho por los bienes de la fortuna. *Nec stirps*, ni fui el primogénito. *Tribus antè*, un año antes. *Lucifer*, un mismo día. *Per duo*, por dos sacrificios. *Hæc est*, este es, de las cinco fiestas de la guerrera Minerva, el día en que se celebraban los primeros juegos de los gladiadores...

ARG. Instruye al lector del lugar de su nacimiento, y de los cónsules que habia al tiempo de él: da cuenta del tenor de su vida, y de los trabajos de su destierro, los que dice se alivian únicamente con la poesia.

NOTAS. *Sulmo*, la ciudad de Sulmona, de los Pelignos en la Italia, situada cerca del mar Adriático.

Consul uterque, los dos cónsules. Estos eran Hircio y Pansa, los cuales, peleando cerca de Módena contra Antonio, á quien el senado romano habia declarado por enemigo, fueron muertos. De esto se infiere que Ovidio nació en el año de 710 de la fundacion de Roma,

porque en este mismo año sucedió la muerte de estos dos cónsules.

Per duo liba; *libum* propiamente significa la torta hecha de harina, miel y aceite que ofrecian en los sacrificios, y con especialidad en los que hacian cuando nacia alguno.

Minervæ, celebraban los Romanos en el día 49 de marzo unas fiestas á la diosa Minerva con el nombre de *Quinquatria*, porque duraban cinco días: el segundo día de estas fiestas, que era el día 20 de marzo, era sangriento, porque en él se tenían los juegos de los gladiadores. En el primero no se tenían dichos juegos.

Quæ fieri pugná prima cruenta solet.
 Protinus excolimur teneri, curâque parentis
 Imus ad insignes urbis ab arte viros.
 Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,
 Fortia verbosi natus ad arma fori.
 At mihi jam puero cœlestia sacra placebant;
 Inque suum furtim Musa trahebat opus.
 Sæpe pater dixit: Studium quid inutile tentas?
 Mæonides nullas ipse reliquit opes.
 Motus eram dictis: totoque Helicone relicto,
 Scribere conabar verba soluta modis.
 Sponte suâ carmen numeros veniebat ad aptos:
 Et, quod tentabam dicere, versus erat.
 Interea, tacito passu labentibus annis,
 Liberior fratri sumpta mihiq; toga est;
 Induiturque humeris cum lato purpura clavo;
 Et studium nobis, quod fuit antè, manet.
 Jamque decem vitæ frater geminaverat annos,
 Cùm perit; et cœpi parte carere mei.
 Cepimus et teneræ primos ætatis honores,

Excolimur, nos instruyen en la niñez. *Insignes*, célebres en la enseñanza. *Frater*, mi hermano se inclinaba á la elocuencia desde sus tiernos años, nacido para la defensa de las causas que se relatan en el foro. *Cœlestia*, la divina poesia y la inclinacion á ella me arrastraba á hacer versos á hurtadillas. *Totoque*, y dejada del todo la poesia. *Verba soluta*, en prosa. *Sponte*, naturalmente me venian los versos á su justa medida. *Tacito passu*, insensiblemente. *Liberior toga*, tomamos mi hermano y yo la toga libera, ó viril. *Lato purpura*, la banda laticlavida de púrpura. *Studium*, inclinacion. *Geminaverat*, habia ya cumplido veinte años. *Primos ætatis*, las primeras dignidades de la edad juvenil...

Frater, este era Lucio Ovidio Naso.

Cœlestia, llámala así porque la poesia parece que en sí contiene alguna cosa sobrenatural, como lo da á entender Marco Tulio cuando dice en su oracion á favor del poeta Arquias: *Poetam.... quasi divino quodam spiritu afflari*. Y poco despues dice que Enio llama sagrados á los poetas: *quòd quasi deorum aliquo dono atque munere com-*

mendati nobis esse videantur.

Inque, dice esto, porque su padre no podía llevar que se dedicase á la poesia.

Mæonides, Homero, natural de Meonia, príncipe de los poetas griegos.

Helicone, un monte consagrado á las Musas.

Purpura, véanse los Ritos, tomo 2º, *Vestidos*.

Honores, las dignidades que da-

Deque viris quondam pars tribus una fui.
 Curia restabat : clavi mensura coacta est :
 Majus erat nostris viribus illud onus,
 Nec patiens corpus , nec mens fuit apta labori,
 Sollicitæque fugax ambitionis eram :
 Et petere Aoniæ suadebant tuta sorores
 Otia , iudicio semper amata meo.
 Temporis illius colui fovique poetas ;
 Quotque aderant vates , rebar adesse deos.
 Sæpe suas volucres legit mihi grandior ævo ,
 Quæque necet serpens , quæ juvet herba , Macer.
 Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes,
 Jure sodalitiî qui mihi junctus erat.
 Ponticus heroo , Bassus quoque clarus iambo ,
 Dulcia convictis membra fuere mei.
 Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
 Dum ferit Ausoniâ carmina culta lyrâ.

Curia restabat, me faltaba el ser senador. *Clavi mensura*, me abstuve de la dignidad de senador. *Patiens*, ni mi cuerpo era robusto, ni mi ánimo á propósito para este trabajo, y huía de la congojosa ambición; y las Musas me aconsejaban buscarse el descanso seguro, que siempre preferí en mi dictámen. *Vates*, poetas. *Propertius*, Propercio, sus amores. *Ponticus*, los poetas Póntico y Baso, esclarecidos uno en el verso exámetro y el otro en el yámbico. *Numerosus*, cautivó mis oídos el armonioso Horacio. *Dum ferit*, cuando cantaba sus exquisitos versos líricos latinos..

ban á los jóvenes, eran el ser ediles, cuestores, triumviros y algunas otras.

Clavi mensura, significa propiamente la banda que llevaban los senadores. Dice, pues, el poeta, que se había abstenido de esta dignidad por ser una carga superior á sus fuerzas, por lo que había estrechado y reducido lo ancho de la banda, que es lo que literalmente significan las palabras: *mensura clavi coacta est*. Y no se opone á esto lo que arriba acaba de decir: *Induiturque humeris cum lato purpura clavo*, pues en esto no da á enten-

der que fuese ya de hecho senador, sino que por privilegio se la habían concedido, como para disponerle al órden senatorio.

Aoniæ sorores, las Musas, llamadas así de la region montuosa de Beocia, consagrada á ellas.

Macer, Lucio Emilio Macer fué natural de Verona, y escribió en verso la historia natural de las aves, serpientes, yerbas, etc.

Propertius, Sexto Aurelio Propercio, caballero romano aunque nacido en Umbría.

Ponticus, escribió Póntico en verso heróico la guerra de Tebas.

Virgilium vidi tantum : nec avara Tibullo
 Tempus amitiæ fata dedere meæ.
 Successor fuit hic tibi , Galle ; Propertius illi ;
 Quartus ab his serie temporis ipse fui.
 Utque ego majores , sic me coluere minores :
 Notaque non tardè facta Thalia mea est.
 Carmina cum primum populo juvenilia legi,
 Barba resecta mihi bisve semelve fuit.
 Moverat ingenium totam cantata per urbem
 Nomine non vero dicta Corinna mihi.
 Multa quidem scripsi : sed quæ vitiosa putavi
 Emendaturis ignibus ipse dedi.
 Tum quoque cum fugerem , quædam placitura cremavi ,
 Iratus studio carminibusque meis.
 Molle , Cupidineis nec inexpugnabile telis
 Cor mihi , quodque levis causa moveret , erat.
 Cum tamen hoc essem , minimoque accenderer igni,
 Nomine sub nostro fabula nulla fuit.
 Pæne mihi puero nec digna , nec utilis uxor
 Est data : quæ tempus per breve nupta fuit.
 Illi successit , quamvis sine crimine , conjux ,
 Non tamen in nostro firma futura toro.
 Ultima , quæ mecum seros permansit in annos ,
 Sustinuit conjux exsulis esse viri.
 Filia me primâ mea bis fecunda juventâ ,
 Sed non ex uno conjuge , fecit avum.
 Et jam compleverat genitor sua fata , novemque
 Addiderat lustris altera lustra novem.
 Non aliter flevi , quam me fleturus ademptum

Nec fata, ni la avarienta muerte. *Thalia mea*, mi Musa no tardó en hacerse famosa. *Nomine*, con nombre supuesto. *Cum fugerem*, al salir desterrado. *Cor molle*, un corazón tierno y no insensible á las flechas de Cupido. *Fabula nulla*, no se contó de mí enredo alguno. *Non tamen*, que no había de estar mucho tiempo casada conmigo. *Et jam*, y ya había muerto mi padre. *Novemque*, y había cumplido noventa años...

Nec fata, dice esto, porque el poeta Tibulo murió joven, y siendo Ovidio de pocos años.
Galle, Cornelio Galo. Este tam-

bien fué poeta.

Lustra, cada lustro son cinco años, por lo que diez y ocho lustros componen los noventa años.